

trius: ut, Bonus bona bonum, Hic hæc hoc, Ille illa illud.

Secunda.

Adjectiva *Duarum* terminationum in prima sunt Generis Communis, in altera Generis Neutrius: ut, hic & hæc fortis & hoc forte: hic & hæc fortior & hoc fortius.

Tertia.

Adjectiva *Unius* terminationis sunt Generis Omnis: ut, vigil, pervigil, nequam, par, pauper, uber, puber, degener, memor, Arpinas, nostras, ales, dives, hebes, præpes, perpes, teres, locuples, sospes, superstes, inquiet, bipes, tripes, quadrupes, cornipes, compos, impos, vetus, intercus, inops, prudens, supplex, felix, velox, redux: Item hæc pluralia tantum Quatuor, quinq, sex, septem &c. usq, ad Centum, item Mille Adjectivum: Tot, totidem, quot, aliquot, quotquot, ejusmodi, cujusmodi.

De Genere Substantivorum.

Quotuplices sunt Regule de Genere Substantivorum?

Duplices: Generales & Speciales.

REGU